INDEX
PRÆLECTIONUM
IN UNIVERSITATE LITERARUM
REGIA VARSAVIENSI

INDE A 1ma. OCTOBRIS MDCCCXXI USQUE AD 31am. JULII MDCCCXXII.

HABENDARUM.



VARSAVIÆ.

EX OFFICINA N. GLÜCKSBERGII.



THEOLOGORUM ORDO

1. *Adalbertus Anselmus Szwéykowski*, Theol. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Rector *Institutiones Theologiæ Pastoralis, duce Giftschütz*, dabit diebus Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris hora 8 — 9.

2. *Paulus Szymański* Theol. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Dec. hora 9 — 10. die Lunæ *Antiquitates biblicas*, diebus Martis er Mercurii *Introductionem in Libros SS. utriusque Fœderis*, die Jovis *Hermeneuticam generalem* secundum proprium systema pertractabit; diebus Veneris et Saturni *Jesaiam* interpretatibur.

3. *Aloysius Ludovicus Chiarini* Theol. Dr. Prof. P. Ord. hora 11 — 12. diebus Lunæ, Jovis et Saturni *Historiam ecclesiasticam*, Martis et Veneris *linguam hebraicam*, Mercurii eadem hora et Saturni hora 8 — 9. *linguam græcam* docebit.

4. *Felix Benedictus Ustrzycki* Theol. Mgr. Prof. P. extraord. singulis diebus per septimanam hora 2 — 3. *Theologiam Dogmaticam* duce *Klüpfel*, profitebitur.

ORDO JURECONSULTORUM ET PROFESSORUM DOCTRINARUM POLITICARUM.

I. JUS.

1. *Joannes Vincentius Bandtkie* I. U. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Dec. scientiarum et artium Univers. et Acad. Vilnensis socius, honoris gratia cooptatus, tradet *Jus Romanum* secundum ordinem Pandectarum diebus Martis et Veneris hora 3 — 4 et diebus Mercurii et Jovis hora 3 — 5.

2. *Xaverius Szaniawski* I. U. Dr. Prof. P. Ord. singulis per septimanam diebus hora 11 — 12. *Codicem civilem* exponet.

3. *Alexander Engelke* I. U. Dr. Prof. P. Ord, *legem fundamentalem* et *Codicem criminalem regni Poloniæ* explicabit; *principiaque processus criminalis* exponet diebus Jovis, Veneris et Saturni hora 8 — 10.

4. *Clemens Urmowski* Prof. P, extraord. tradet *encyclopædiam juris* et *jus naturale* diebus Martis, Jovis et Saturni hora 8 — 9. secundum proprias theses.

5. *Venceslaus Alexander Macieiowski* I. U. Dr. Prof. P. extraord. exponet *historiam* et *institutiones iuris Romani* diebus Martis, Mercurii, Jovis et Saturni hora 10 — 11. ex libro suo: *Principia juris* Rom: *Varsav:* 1821. Si quid temporis superfuerit *paragraphos nonullas ex fragmentis Ulpiani* (ed *Gustavi Hugonis Berolini* 1814;) illustrabit.

II DOCTRINARUM POLITICARUN.

Fredericus Comes Skarbek. Phil. Dr. Prof. P. Ord. profitebitur *œconomiam politicam* (secundum compendium proprium, quod inscriptum est; (*Elementarne zasady gospodarstwa Narodowego*:) diebus Martis Jovis et Saturni h. 12 — 1. *Politiam* vero. diebus Lunæ, Mercuri, et Veneris hora 12 -- 1. qua exposita docebit iisdem horis *Statisticam generalem.*

MEDICORUM ORDO.

1. *Franciscus Xaverius Dybek* Phil. Med. et Chir. Dr. Prof P. Ord. h. t. Dec. *Chirurgiam sublimiorem* docebit senis per hebdomaden diebus hora 11 — 12. In *operationibus Chirurgicis* exercitabit Auditores diebus Lunæ, Martis, Jovis et Veneris hora 10 — 11. *Clinicem Chirurgicam* hora 9 — 10. quotidie moderabitur.

2. *Josephus Celiński* Phil. Dr. Prof. P. Ord. *Pharmaciam* diebus Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris secundum compendium a se editum sub titulo. *Farmacyia, czyli nauka przygotowania lekarstw* hora 7 — 8. docebit. *Chemiamque politicen* et *forensem* eadem hora die Saturni secundum proprias theses explicabit.

3. *Joannes Godofredus Freyer* Med. et Chir. Dr Prof. P. Ord. *Therapiam generalem*, eaque absoluta *specialem* senis per hebdomaden diebus hora matutina 7 — 8. e propriis schedis docebi t:

Exercitationes Clinicas in Instituto Regio quotidie hora 8 — 9. instituet. Aestivi denique semestris spatio *Pharmacocatographologiam* secundum normam operis a se editi binis per septimanam diebus explicabit, de quibus sibi cum auditoribus convenerit.

4. *Vincentius Szczucki* Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. Propædeuticam Studii medici, diebus Martis et Jovis hora pomeridiana 2 — 3. semestri hyemali exponet, Pathologiæ generalis doctrinam secundum Kieseri systema diebus Lunæ et Veneris, nec non materiæ medicæ præcepta ad normam operis I. G. Freyer diebus Mercurii et Saturni hora 3 — 4 in cursu annuo explicabit.

5. *Eduardus Guilhelmus Wahlbourg* Chir. Dr. Prof. P. Ord *Artem obstetriciam subliminiorem* diebus Lunæ, Martis, Jovis et Veneris hora pomeridiana 4 — 5. tractabit. De modo explorandi diebus Mercurii et Saturni hora eadem nec non varias methodos *partem difficiliorem* adjuvandi, exercitationibus in Phantomate, dataque forsitan occasione etiam in parturientibus ipsis demonstrabit Aestivi temporis spatio, horis in septimana quaternis, *morbos mulierum* et *recens natorum* simulque *historiam et Litt. Artis obstetriciæ* pertractabit hora prælectionum apta auditoribus, suo tempore indicabitur.

6. *Joannes Mile* Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Physiologiam* diebus Lunæ, Mercurii et Veneris hora 10 — 11. tradet. *Diæteticam* diebus Jovis et Martis exponet. *Artem* vero *obstetriciam inferiorem* diebus Lunæ, Martis, Jovis et Veneris hora pomeridiana 3 — 4. tractabit.

7. *Martinus Roliński* Med. Dr. Chir. Mgr. Prof. P. Ord. *Anatomiam theoreticam* secundum Compendium *Rosenmülleri* diebus Lunæ Martis, Jovis, Veneris, et Saturni hora 11 — 12. semestri hiberno explicabit. In *Anthropotomia* manum studiosorum ducet senis per septimanam diebus hora matutina 8 — 10. pomeridiana vero 2 — 5 auxiliante Prosectore. Aestivo tempore *Anatomiam comparatam* studiosis Medicinæ sublimioris secundum opus *Cuvier* diebus Lunæ, Martis, Jovis, et Saturni hora 7 — 8. antemeridiana, Studiosis vero Medicinæ inferioris *Physiologiam* diebus Lunæ, Jovis et Saturni hora matutina 6 — 7 exponet.

8. *Mauritius Woyde* Med. et Chir. Dr. Prof. P. extraord: *medicinam forensem* secundum *Henkii* compendium *Lehrbuch der gerichtlichen Medizin Berlin* 1812. diebus Lunæ, Martis, Veneris et Saturni hora pomeridiana 4--5. tradet. eaque absolula, iisdem horis ac diebus *Politicen medicam* duce *Berntio systematisches Handbuch der öffentlichen Gesundheitspflege Wien* 1818. docebit *De morbis epizooticis* diebus Mercurii et Jovis hora eadem tractabit, *pathologiam generalem et materiam medicam* studiosis medicinæ inferioris diebus Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis, et Veneris hora 3 -- 4. pomeridiana exponet.

9. *Emilianus Clemens Nowicki* Med. et Chir. Dr. Prof: P. extraord: Institutiones Chirurgicas studiosis Medicinæ inferioris senis per hebdomaden

diebus hora 10 -- 11. explicabit. *Historiam rei Medicæ* diebus, Mercurii et Saturni hora 2 -- 3: exponet. Semestri æstivo *Toxicologiam* diebus Mercurii et Saturni hora eadem tractabit.

10. *Joannes Tomorowicz* Med: et Chir. Dr. Prof. P. extraord: *Therapiam* studiosis Medicinæ inferioris, senis per hebdomaden diebus hora 2 -- 3. pomeridiana explicabit.

ORDO PHILOSOPHORUM.

1. *Adamus Ignatius Zabellewicz* Phil: Dr. Prof: P. Ord: h. t. Dec. *Philosophiam fundamentalem et theoreticam* diebus Martis Jovis et Saturni hora 10 -- 11 docebit. *Encyclopædiam Philosophiæ ejusque historiam* una cum selectiorum librorum notitia tradet diebus Lunæ et Veneris hora 10 -- 11. *Anthropologiam et Pædagogicam* explicabit die Mercurii hora 10 -- 11 *Exercitationes vero pædagogicas* die Lunæ hora 4 -- 5. et die Saturni hora 3 -- 4. instituet.

2. *Antonius Dąbrowski* Phil: Dr. Prof. P. Ord. *Calculum differentialem, et integralem*, explicabit diebus Lunæ, Mercurii, Veneris et Saturni hora 8 -- 9. *Geometriam Analyticam* exponet diebus Martis et Jovis hora 10 -- 11.

3: *Franciscus Armiński* Prof. P. Ord. *Astronomiam* diebus Martis, Mercurii et Saturni hora 11 -- 1. docebit.

4. *Adrianus Krzyżanowski* Phil. Dr. Prof. P. extraord. *Mechanicam analyticam* diebus Lunæ, Mercurii, Veneris hora 10 -- 11 et Jovis hora 11 -- 12. *Algebram* vero *sublimiorem* diebus Martis et Saturni hora 11 -- 12. exponet.

5. *Josephus Carolus Skrodzki* Prof. P. Ord. docebit *Physicam universalem*, (*Biot; Précis élémentaire de Physique*) sequuturus, *Mechanicam* vero atque *Hydraulicam* ex suis schedis exponet diebus Lunæ, Mercurii et Veneris hora 2 -- 4. Præterea semestri æstivo horis suo tempore determinandis tradet experimentisque illustrabit *Optices* partem de *refrangibilitate* lucis, atque sic dictis vicibus facilioris transmissus et reflexionis, nec non de duplici refractione et polarisatione, Bioti libro (*Traité de Physique experimentale et mathematique*) usurus.

6. *Adamus Kitaiewski* Prof. P. Ord. *Chemiam universalem* experimentis illustratam diebus Martis, Jovis et Saturni hora 8 -- 10. tradet.

7. *Michael Szubert* Phil. Dr. Prof. P. Ord. *Botanicen theoreticam et practicam*, respiciens ad systemata plantarum naturalia Celeberr. *Linné et Jussieu* diebus Lunæ et Veneris hora 12 -- 1: et die Jovis hora 12 -- 2. exponet. *excursionesque* cum auditoribus suis in viciniam et in horto botanico academi-

co, demonstrationes adjunget. *Scientiam* vero *forestalem* (*Leśnictwo*) explicabit diebus Lunæ et Veneris hora 11 -- 12.

8. *Fredericus Jacobus Hoffmann* Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord: *mineralogiam* secundum *Verneri* systema, laudatis characteribus *Haüy*, et *Geologiam* diebus Lunæ, Mercurii et Veneris hora 8 -- 10. explicabit.

9. *Felix Jarocki* Phil. Dr. Prof. P. extraord: *Zoologiam universalem* diebus Martis, Mercurii, Jovis et Veneris hora 3 -- 4. tradet.

DOCTRINARUM ET ARTUM LIBERALIUM ORDO

I. DOCTRINARUM

1. *Felix Bentkowski* Phil: Dr: Prof. P: Ord: h. t. Dec. postquam doctrinas subsidiarias et fundamentales Historiæ politicæ exposuerit (duce libello: *Wstęp do Historyi w Warsz.* 1821) tradet Historiam Universalem fusius tempora medii ævi persequuturus, diebus Martis Mercurii Jovis et Veneris hora 4-5 et die Lunæ hora 9-- 10. Die Lunæ vero hora 8--9 *exercitationes historicas* moderabitur.

2. *Seb. Ciampi. Phil.* Dr. Prof. P. Ord. in Regia pisana Universitale Professor literarum Grœcarum et Latinarum emeritus etc. *Historiam literarum et Artium* apud veteres hora 9 -- 10 singulis per hebdomadèn diebus exponet.

3. *Aug.* E. *Zinserling* Prof. P.Ord. tradet *Antiquitates Romanas* diebus Lunæ et Mercurii hora 11 -- 12. præcepta *styli latini* diebus Lunæ, Mercurii et Veneris hora 10 -- 11. *Exercitationes practicas* diebus Martis, Jovis et Veneris hora 11 -- 12.

4. *Aug. Jacob* Phil. Dr. Prof. P. Ord. *tragicorum græcorum* locos difficiliores explanabit diebus Martis et Saturni hora 8 -- 9. *Homeri odysseam* interpretabitur diebus Martis et Veneris hora 3 -- 4. Antiquitatis studiorum conspectum dabit diebus Lunæ et Mercurii hora 2 -- 3. *Exercitationes Græcas* moderabitur die Jovis hora 2 -- 4.

5. *Ludovicus Osiński* Prof. P. extraord. perget in comparandis diversarum gentium literis, ratione habita inprimis Comœdiæ et aliorum generum Pœseos: quibus expositis de oratione soluta sermonem habebit die Saturni hora 4 -- 5 exercitationes vero practicas cum Tironibus die Mercurii hora 4 -- 5. istituet.

6. Casimirus Werbusz Lector Linguæ Russicæ tradet hanc linguam ejusque historiam literar. diebus Martis, Jovis et Veneris hora 12 -- 1

II. ARTIUM LIBERALIUM.

1. *Julius Colberg* Phil. Dr. Prof. P. Ord. explicabit usum instrumentorum geometricorum nec non Geodæsiam et nivellationem simplicem, junctis exercitationibus in delineatione topographica die Lunæ et Saturni hora 2--5. Geodæsiam vero et nivellationem complicatam nec non applicationem Trigonometriæ planæ et sphæricæ ad geodæsiam tradet die Martis et Veneris hora 11--12.

2. *Michael Kado* Phil. Dr. Prof. P. Ord. tradet technicen Architecturæ et constructionem ædificiorum die Martis et Jovis hora 3--4. Mechanicen murorum et arcuum nec non Eurythmiam et Symetriam Architectonicam die Mercurii hora 3--5. et die Veneris hora 3--4. De inventione vero et decoratione ædificiorum privatorum et publicorum, tractabit die Veneris hora 4--5,

3. *Hilar. Szpilowski* Prof: P. extraord. tradet Artem ædificiorum delineandorum, nec non methodum æstimandi et computandi impensas ad extruenda ædificia necessarias, diebus Lunæ, Mercurii, Veneris et Saturni hora 10--12.

Scholæ horum trium Professorum semestri tantummodo hiberno instituentur mensibus vero æstivis juvenes ad artes practicas in dimetiendis terris, vel construendis ædificiis publicis, ducibus Magistris, erudientur.

4. *Antonius Blank* Prof. P. extraord: singulis per hebdomaden diebus tradet artem delineandi et pingendi hora 8--10. Diebus vero Martis et Veneris hora 9--10. Osteologiam et Myologiam exponet:

5. [illegible] Prof. P. extraord: artem delineandi et pingendi docebit omnibus hebd. diebus hora 10--12. Die Saturni vero hora 10--11 exponet theoriam artis pingendi, nec non historiam artiumgraphicarum.

6. *Sigism. Vogel* Prof. P. extraord: docebit theoriam et artem delineandi secundum præcepta perspectivæ et Optices, secuturus opera Andreæ di Pozzo et Lucæ Vocha diebus Martis Jovis et Veneris hora 2--3.

7, *J. F. Kretlow* Prof. P. Ord: docebit artem in cupro sculpendi singulis per hebdomaden diebus hora 2--4. semestri hiberno; mensibus vero æstivis hora 4--5.

8. *Paulus Maliński* Prof: P. extraord. ex Italia reversurus, tradet cælandi sculpendique artem et omnem rem statuariam diebus Lunæ, Mercurii et Veneris hora 2--4.

